

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Castitas et continencia n  
cum uariis

Differunt quidem inter se homo pudicus et angelus sed felicitate non uirtute. Sed etsi illius castitas felicior, huius tamen fortior esse cognoscitur. Castitas sine caritate lampas est sine oleo; subtrahe oleum lampas non lucet; tolle caritatem, castitas non placet.

Bernardus in epistola.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Castitas et continencia] Castitas siue continentia P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; etsi] et C